

OFFICIUM
SANCTI ANTONII
PADUANI,

Quod Clemens X. celebrari concessit semel in mensa ritu Semiduplici, die non impedita Festo novem Lectionum, excepto tempore Adventus, Quadragesimæ, & Vigiliarum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Gaudet Ecclesia, quam in defunctorum sponfus ornat gloria matrem filiorum. **Psalms.** Dixit Dominus, cum reliquis de Domina, & loco ultimi, **Psalms.** Laudate Dominum omnes gentes. **Antiph.** Sapiente filio pater gloriatur, hoc & in Antonio dignè commendatur. **Antiph.** Qui dum sapientiam sæculi calcavit, prudens summi gloriam Patris exaltavit. **Antiphona.** Augustini primitus regulæ subiectus, sub Francisco penitus mundo fit abjectus. **Antiphona.** Quorum vitam moribus hic profitebatur, gloriosis patribus jam congloriatur.

Capitulum.

Sap. 7.

O Prævi, & datus est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & se-

dibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius. **Hymnus.**

EN gratulèmur hodie Christo Regi jucundius, In cujus aula gloriæ Jam jubilat Antonius. **F**rancisci Patris æmulus, Sic ille se contemperat: Ut fonte manans rivulus, Aquas vitæ circumferat. **L**ongè latèque distuit, Sitique mortis aridos Verbo salutis imbuit, Dans rore sacro vividos. **H**ic Stigmatum qui bāpulo Patri natus innititur; Dum prædicat de titulo, Confixus ille cernitur. **S**ub tanto duce militans, Vincendo se non vincitur, Duci miles cohābitans, Jam bello non concutitur. **N**os in campo certaminis, Patrum zelantes gloriā, Hic sub re nostrī nōminis, Vincāmus ignominiam. **P**ræter hoc Nati Genitor, Hoc

Hoc Genitoris Genitus, Ac par utrique Conditor, Paracletus hoc Spiritus. Amen.

✱ Ora pro nobis beate Antonii. ✱ Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona. O proles Hispaniæ, pavor infidelium, nova lux Italiæ, nobile depositum urbis Paduanæ; ser, Antonii, gratiæ Christi patrocinium, ne prolapsis veniæ tempus breve creditum desinat inane.

Oratio.

ECclesiam tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui commemoratio votiva lætificet: ut spiritalibus semper munitur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Invitator. Jam Christum chorus humilis alacrius in júbilo collaudet, ✱ In quo Sacerdos nobilis Antonius de veritate gaudet. **Psalms.** Venite, exultemus. 2.

Hymnus.

LAus Regi plena gaudio, Qui merces militantium, Seipsum dat Antonio Militiæ stipendium. **A**ntoni, vir egregie, Qui tæ, quam prænoveras, Hic vivens arthas gloriæ, Christum vivens, accēperas: pro te digna, dum mōreris,

Natorum sit commōtio, Margaritæ non fūneris, Cujus fias possessio.

Hujus honorem gloriæ Prædixeras in Padiua, Quæ tantis in te gratiæ Manet donis irrigua.

Per te Pater cum Filio, Consolatorque Spiritus, A criminis contagio Nos hic emundat funditus. Amen.

In primo Nocturno, Antia. Quasi secus alveum rivuli plantatus, fructum temporaneum dedit hic beatus.

Psalms. Beatus vir, cum reliquis de Communi Confessoris non Pontific. lxxvi.

Antiph. In Monte Sion prædicat Domini præceptum, & talentum duplicat cælestium acceptum. **Psalms.** Quare fremuerunt. **Antiphona.**

Cōterit miraculis peccatorum dentes, sponfam Christi patulis rictibus mordentes. **Psalms.** Domine, quid multiplicasti. ✱ Amavit eum Dominus, & ornavit eum. ✱ Stulam gloriæ induit eum. Pater noster.

Antiphona. Absolutio. Exaudi Domine.

✱ Jube domne. **Benedictio.** Benedictione perpetua.

Lectiones de Scriptura occurrente.

✱ j. Funditur insontium sanguis à profanis, fæque morientium merces vitæ panis. ✱ Rumor ad Antonium volat non inanis. ✱ In Mi-

nō-

nóres gládium Fratres dat,
in ódium Christi, Rex im-
máinis. Rumor. **Benedictio.**
Unigénitus Dei Filius.

R. ij. Optans fore socius
glória victórum, quos oc-
cidit impius Rex Marro-
chórum: * Sequitur An-
tónius viam defunctórum.
V. Felix quem non gládus
terret, sed in melius mutat,
in quórum. Sequitur.
Benedictio. Spiritus sancti
grátia.

R. ij. Fervet ad marty-
rium, dum rex terra sávit,
sed hoc desiderium suum
non implévit. * De quo rex
regnántium aliud decrevit.
V. Tandem in simplicium
cœtu per iudícium fama
viri crevit. De quo Rex.
Glória Patri. De quo Rex.
In secúndo Noctúrno. **Afa.**

Grave cor queréntium nug-
gas, vanitátem, discit per
Antónium vitæ veritatē.
Psalmus. Cum invocárem.
Antiphona. Contra virum
sanguinum clamat & doló-
sum, quod hoc genus hó-
minum Deo sit exólum.
Psalmus. Verba mea. **Antiphona.**
Laus perfectá pró-
fluit ex lacténtis ore, in
quo Christus destruit hos-
tem cum ultóre. **Psalmus.**
Dómine Dóminus noster.

V. Os iusti meditabitur sa-
piéntiam. **R.** Et lingua ejus
loquetur iudícium. Pater
noster. **Abolatio.** Ipsius

pietas. **V.** Jube domne. **Be-
nedictio.** Deus Pater omni-
potens.

**MENSIBUS SEPTEMBRI
ET OCTOBRI.**

Lectio iv.

Constitutus enim in hac
peregrinátionis miséria,
& vita floruit, &
doctrina. Quarum próderem,
id est, vitam, voluntária
vilitas, simplex innocéntia,
cúraque disciplinæ com-
mendant. Alteram verò,
quæ est doctrina, zelo junc-
ta charitas, veritas & mo-
destia cómprobant. Sed hæc
omnia quàm excellénter in
ipso clarierint, quóniam
per singula breviter expli-
cáre non possem, tangam
suecinctè, quómódo cunctis
æquáliter annuntiáverit
veritatē. Hæc siquidem
virtus in ipso claruit in ócu-
lis ómnium, quæ quidem
miráculis pótiór est, quia
illa plerúmque falláciter in
vita decipit.

V. Dono sapiéntiæ plenus
arrogántiæ fatum qui timé-
bat: sub indócti fácie,
* Tantúm divinæ gratiæ
lumen abscondébat. **V.** A
se pondus glóriæ sibi temé-
rariè súmere nolébat. Tan-
túm. **Benedictio.** Christus
perpétuus.

Lectio v.

Hic itaque sanctus in
doctrinæ póculis mi-
rabíliter affluens, tanto ius-
ti-

stítæ librámíne singulis sua
reddébat, quod sine mag-
nis five párvulis loquebá-
tur, æquè cunctos, veritá-
tis jáculo feriébat. Nempè,
qui jam cálicem passiónis
ánteá tam ávido corde sitie-
rat, nullius magnitudine,
nec metu mortis pro veri-
tate cedébat: sed miránda
strenuitate iam magnórum
tyránídi resitébat. Tanta
namque quasdam rep-
rehensibiles grandæque
pésonas severitate corrip-
puit, ut álii plerúmque fa-
mósi prædicatóres hoc au-
diéntes, ipsi ad intrépidam
virii consántiam trepidá-
rent, & quodam pusillani-
mitatis rubóre persúsi, lon-
gè abesse pótius quàm adesse
voléntes, consúlas manu
vel veste frontes obducé-
rent.

R. Páuperum collégio, páu-
per in principio spiritu
próbatús verbí ministerio,
* Non inyéctó próprio da-
tur, sed vocátus. **V.** A quo
fit hæc dátio, sunt testimó-
nio, mors & incolátus.
Non inyéctó. **Benedictio.**
Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Erat tamen fermo ipsius
pro diversis opportu-
nitátibus semper in grátia
sale conditus, erat, in-
quam, grátiosus párier &
sevéris, ut audiéntibus
amórem simul ingereret &

timórem. Sic sicutur huus
peregrinátionis incolátus
doctrina & vita præclarus,
divinam in sanctio vocati-
nem evidéntissimè probat
quàm múltiplex post mor-
tem miraculorum claritas
necessária conclusióne con-
firmat.

R. In doctrinæ póculis ius-
tus sua singulis reddens af-
fluébat, loquens magnis,
párvulis. * Veritátis jácu-
lis æquè feriébat. **V.** Pótiór
miráculis virtus hæc in ócu-
lis ómnium clarébat. Veri-
tátis. Glória Patri. Veri-
tátis.

**MENSIBUS NOVEMBRI
ET DECEMBRI.**

In secúndo Noctúrno.

Lectio iv.

Igitur beatus Antonius
morti appropinquans,
Unctiōnem extrémam
devotè suscipiens, Psalmos
penitentiales cum Fratribus
decanavit. Quibus fini-
tis, púculum quasi dimi-
dia hora sustinuit: & inter
manus assidentium lenitèr
quasi dormiens expiravit.
Mórtuus est autem sexta
Féria gloriósus Confessor
Antónius, die mensis Júnii
tertiadécima, anno Incarn-
tationis Dóminicæ millesí-
mo ducentésimo trigésimo
primo. Post mortem verò
ejus, non statim ejus trán-
sítum Fratres propaláre vo-
lébant, eò quód tumultuán-
tis

tis populi multitudinem importune super se irruituram formidabant. Sed quod Fratres celando non intimant, hoc mirabiliori ordine cunctis innouit.

* **Dono sapientia plenus, arrogantia factum qui timebat: sub indocti facie.** *
* **Tantum diuina gratia lumen abscondēbat.** *
* **A se pondus gloriae sibi temerarie sumere uolebat. Tantum.** **Benedictio.** Christus perpetue.

Lectio v.

Adhuc enim omnes, praeter assidentes, ignorabant, cum protinus ceteruim per ciuitatem peruenire gradientes clamabant: Mortuus est Pater sanctus: Mortuus est (inquit) sanctus Antonius. Quo audito, maximus utriusque sexus factus est concursus populorum: & antequam corpus sepulture tradatur, non modica controversia oritur. Nam nonnulli ciuium eum apud Sorores pauperum sepeliendum iudicant, ceteri uero apud Fratres. Cumque sedari non possent, per Fratres Episcopi sententia postulatur. Qui in causa ipsa diligenter procedens, quarto die post sancti uiri transitum pro Fratribus sententiam diffinitiuam tulit.

* **Pauperum collegio, pau-**

per in principio spiritu probatus uerbi ministerio, * **Non in seculo proprio datur, sed uocatus.** * A quo fit haec datio, sunt testimonio, mors & incolatus. Non in seculo. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Post latam autem sententiam, Episcopus cum clero, Potestas cum magistratibus, atque militibus, & innumera populi multitudine ordinatis processioni-bus ad cellam pergunt, corpus subleuant, humerisque ad portandum optimates quiue submittunt. Sic demum cum hymnis & canticis, ac luminarium numerositate copiosa solemniter incidentes, ad sanctae Dei Misericordiam sollemniter ueniunt, ubi ipsum expletis Misericordiam sollemniter honorifice die transitus sui quinto sepeliunt. Statim autem miraculorum prodigia conrursare coeperunt. Nam quocumque infirmitate detentum tumbam eius contingebant, optatam continuo sanitatem recipiebant. Qui uero accedere, uel adduci praeter turba non poterant, salui coram omnibus etiam praeforibus in platea sebant.

* **In doctrinae poculis iustis sua singulis reddens affuebat, loquens magnis, parvulis, * **Veritatis iaculis****

aeque

aeque feriebant. * **Potior miraculis uirtus haec in oculis omnium clarebat. Veritas.** **Gloria Patri. Veritatis.** **In tertio Nocturno, Antea.**

Gaude quondam seculi transiens uiator, summi tabernaculi nunc inhabitator. **Psalms.** **D**omine, quis habitabit, **Antiphona.** Nobis fac propitium, a quo recepti cordis desiderium, uitam quam petisti. **Psalms.** **D**omine in uirtute. **Antiphona.** Duc in montem Domini, ora nos, Antoni, junctos Deo homini loco sancto ponit. **Psalms.** **D**omine est terra. * **Lex Dei ejus in corde ipsius.** * Et non supplantabuntur gressus ejus, **P**ater noster. **Abolutio.** **A** vinculis. * **Jube domne. Benedictio.** Evangelica lectio.

MENSIBUS SEPTEMBRI ET OCTOBERI.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vii.

Cap. 5. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal euaserit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. 17. cap. 6. contra Faust.

Manich.

Ille legem adimplet, qui ea facit, quae lex praecipit. Plenitudo enim le-

gis charitas, sicut dixit Apostolus. Istam charitatem Dominus exhibere & donare dignatus est, mittendo fidelibus suis spiritum sanctum. Unde item dicit idem Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et ipse Dominus: In hoc scient omnes, quia discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis.

* **Uitam probant uilitas, simplex innocentia, cura disciplinae: * **Zelo iuncta charitas, ueritas, modestia, testes sunt doctrinae.** * Sed signorum claritas probat haec probantia, multiplex in fine. Zelo. **Benedictio.** Cujus festum colimus.**

Lectio viij.

Impleretur etiam lex, cum exhiberetur quae ibi prophetata sunt. Lex enim per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Ipsa lex, cum impleta est, gratia & ueritas facta est. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, ueritas ad prophetiarum impletionem. Et quia utrumque per Christum, ideo non uenit solvere legem, aut Prophetas, sed adimplere non ut legi addererent quae deerant; sed ut fierent quae scripta erant: quod ipsa eius uerba testantur. Non enim ait: Iota unum, aut unus

unus apex non transibit à lege, donec addantur quæ defunt, sed donec omnia fiant.

R. Si queris miracula, mors, error, calamitas, demon, lepra fugiunt: agri surgunt sani; * Cedunt mare, viticula, membra, resque perditas petunt, & accipiunt, iuvenes & cani. **V.** Perunt pericula, cessat & necessitas: narrent hi qui sentiunt, dicant Paduani. Cedunt. **G.** loria Patri. Cedunt.

Benedictio. Ad societatem.

Octava Lectio fecatur in duas, donec propria assignetur, & incipit: Et quia.

MENSIBUS NOVEMBERI ET DECEMBERI.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 5. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini

Episcopi.

Traç. 6. in Epist. 1. Joann.

in fine.

Quicumque ergo solverit unum ex mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum. Quid est, solverit? Quid est, docuerit? Solverit factis, & doceret ver-

bis. Qui prædicas non furandum, furaris? solvit ergo in facto, qui furatur: & quisquis docet sic, minimus vocabitur in regno celorum, id est, in Ecclesia hujus temporis. Qui autem fecerit, & sic docerit, deus, minimus vocabitur in regno celorum. Ex eo quod dixit hic, Fecerit, contra hoc ibi dixit: Solverit, id est, non fecerit, & docerit sic. Ille ergo solvit, qui non facit.

R. Vitam probant vilitas, simplex innocentia, cura disciplina: * Zelo juncta charitas, veritas, modestia, testes sunt doctrinae. **V.** Sed signorum claritas probat hæc probantia, multiplex in fine. Zelo. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lectio vij.

Pharisæos cognabat, cum ista diceret, qui solvebant legem factis, & docebant verbis. De quibus alio loco dicit: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Propterea & non faciunt. Dico enim vobis, nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum: id est, nisi vos feceritis, & ita docueritis, quod illi non faciunt, & sic docent, non intrabitis in regnum celorum. Quam ergo legem do-

cebant Pharisei, & non faciebant, ipsam dicit Christus non se venisse solve, sed adimplere: quia ipsa pertinet ad cathedram Moysi, in qua sedentes Pharisei, & docentes, nec facientes, audiendi sunt, non imitandi.

R. Si queris miracula, mors, error, calamitas, demon, lepra fugiunt: agri surgunt sani; * Cedunt mare, viticula, membra, resque perditas petunt, & accipiunt, iuvenes & cani. **V.** Perunt pericula, cessat & necessitas: narrent hi qui sentiunt, dicant Paduani. Cedunt. **G.** loria Patri. Cedunt.

Benedictio. Ad societatem.

Octava Lectio fecatur in duas donec alia assignetur, & incipit: Quam ergo.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Domus ab Antonio supra petram Dominum posita peritabit, quam maris elatio, fluctus, seu vox fluminum ultra non turbabit. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 18.

Antiphona. Lætus tuo jubilat in conspectu Domine, quò jam introivit, lumen, quod est, similit hunc tibi, qui lumine fruitor, quo vivit. **Antiphona.** Totus in te sities, Deus, ad te vigilans extitit de luce: tu sions indeficiens, tu lux illi rutilans qui sitis in cruce.

Antiphona. Cæli, terræ, marium, benedicant Dominum cunctæ creaturæ: qui tot per Antonium signis auget hominum vitæ spem futuræ. **Antiphona.** Sono tubæ, tympano, cithara, psalterio, cymbalisque Deus, choro, chordis, organo, laudet in Antonio mystice cor meum.

Capitulum.

Cap. 7.

Optavi, & datus est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus sapientia, & præposui illam regni & sedibus: & divitias nihil esse duxi in comparatione illius.

Hymnus.

Jesu lux vera mentium, Nos illustra ditulculo,

Tot signis per Antonium

Opaco fulgens saculo.

Hic nautis in naufragio

Signo salucis adfuit,

Quibus sub lucis radio

Via ducatum præbit.

Hæreticum lux fidei

Signo purgat, dum jactur

Ab alto, vasis vitrei

Fragilum non frangitur.

Irrefror lucis gratia

Signorum languet clericus:

Post votum surgens, gloria

Sancti fit testis publicus.

Per hunc nos, Pater lumi-

num,

Signis, & lux de lumine,

Illustratoris hominum.

Cum Spiritus munimine.

Amen.

* Ora

✠ Ora pro nobis beate Antonii. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
Ad Benedictus, Antiphona. Gaude felix Pádua, quæ thesaurum possides, cujus in altario dignum fore loculum visio monstravit: tu signis irigua, tot in tuo provides miseris Antonio, serva rei titulum, quæ sic te didicisti: sed tu nos ad ardua, Pater, his qui præfides, quorum es possessio, transfer, quos hic vinculum mortis inclinavit.

Oratio.

Ecclésiã tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui Commemoratio votiva lætificet: ut spiritalibus semper muniat auxiliis, & gaudiis pèrfrui mereatur æternis. Per Dòminum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Letus tuo jubilat. **Capitulum, Optavi, & datus est mihi.**

R. breve. Amavit eum Dòminus, ✠ Et ornavit eum. Amavit. ✠ Stulam gloriæ induit eum. Et ornavit. **Glória Patri.** Amavit eum. ✠ Os justii meditabitur sapientiam. **R.** Et lingua ejus loquetur judicium.

Ad Sextam, Antiphona. Totus in te sitiens.

Capitulum. *Sap. 7. b.*
Venerunt autem mihi omnia bona pariter

cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatur sum in omnibus: quoniam antecederat me ista sapiëntia, & ignorabam, quoniam herum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo.

R. breve. Os justii, ✠ Meditabitur sapiëntiam. Os justii. ✠ Et lingua ejus loquetur judicium. Meditabitur. **Glória Patri.** Os justii. ✠ Lex Dei ejus in corde ipsius. **R.** Et non supplantabuntur gressus ejus.

Ad Nonam, Antiphona. Sono tubæ.

Capitulum. *Sap. 7. b.*
Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsimere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapiëntie dux est, & sapiëntium emendator.

R. breve. Lex Dei ejus, ✠ In corde ipsius. Lex. ✠ Et non supplantabuntur gressus ejus. In corde. **Glória Patri.** Lex Dei. ✠ Justum deduxit Dòminus per vias reclusas. ✠ Et offéndit illi regnum Dei.

In secundis Vesperis, Antiphona. Domus ab Antonio, cum reliquis de Laudibus. 149. Psalmi, Capitulum, Hymnus, & v. ut in primis Vesperis. 142.

Ad

Ad Magnificat, Antiphona. O Jesu perpétua lux, tot in Antonio signis dans splendorem, de quo non incògrua nobis gloriatio tibi dat honorem. Grátia per hunc tua nes in vase proprio ferre da liquorem, lampade non vacua lumen det opinio, caritas ardorem, frustra virgo fatua gloriã in alio, querit venditorem.

Oratio ut supra. 150.
 Quando per Annum fit de S. Antonio, cum Versus

ad Laudes & Vesperas fit, **Ora pro nobis, beate Antonii,** in: Sullragis communibus ad Antiphonam Sancta Maria, dicendus est ✠ Benedicta tu in mulieribus. ✠ Et benedictus fructus ventris tui. Dum autem Officium S. Antonii conceditur cum Officio S. Clare, sive quando in secundis Vesperis S. Antonii fit à Capitulo de S. Clara, ✠ de S. Clara erit **Ora pro nobis, & de S. Antonio** Justum deduxit.



OFFICIUM S. CLARÆ VIRGINIS,

Quod CLEMENS X. celebrari concessit semel in mense ritu Semiduplici, die non impedita festo novem Lectionum, excipitur tamen tempus Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum & Vigiliarum, ex Decreto S. R. C. die 13. Junii 1682.

Omnia ut in die Translacionis ipsius iij. Octobris, 23. præter Oratiónem & Lectiones secundæ Nocturni, quæ dicuntur ut infra.

Oratio.
FAmulos tuos, quæsumus Dòmine, beatæ virginis tuæ Clare votivam Commemoratióem recedentes: cælestium gaudiorum sua facias interventio-

Pars Autumnalis.

ne particeps, & tui Unigeniti coheredes. Qui tecum vivit.

In secundæ Nocturno.

Lectio iv.
Cum mater Clare, nòmine Hortulana, nobilis femina civitatis Alsissii in Umbria nobilem hanc plântulam úteri sui gestaret in horto, & par-tui jam vicina ante crucem

H

Cru-